

tes, Matth. 17. n. 3. Quod ponderans D. Ambrosius lib. 1. de Iacob, & vita beata, cap. 8. ait; Neque enim minus beatus Elias, quam Moyses, cum alter sibi indignus, meliorde vili, sine filijs, sine sumptu, sine comite: alter populi ductor, latus sobole, succinctus potentia, diuerso genere meritum aequale fundarunt. Sicut in Euangelio declaratum est, quando cum Domino in gloria resulerunt. Pondera sequentia verba: Videtur enim parem his quasi paribus gloriae suae retribuisse mercedem. Valde diuersis meritis eminebant Moyses, & Elias. Parens Elias virgo, & pauper sine sumptu; Moyses verò habens filios, & vxorem, & cum magna potestate populi Dux, & quamuis tam diuerso studio virtutis resulerent, in perfectione virtutis adnantur; Vnde videtur parem his quasi paribus gloriae suae retribuisse mercedem.

Luc. 19. n. 8. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum.

VERSIONES.

Syriacus. Stetit autem Zachæus, & dixit ipsi Iesu: Ecce Domine mi, dimidium facultatum mearum do pauperibus: & cuiuscumque aliquid per iniuriam eripuerim, quadruplum retribuo.

D. Cyprianus. Ex substantia mea dimidium do egenis.

Clemens Alex. Dimidium do in eleemosynam.

D. Laurent. Dimidium bonorum meorum Nouar. hom. rum dispergo pauperibus. de Penit.

Arabicus. Et illi, à quo iniuste accipi aliquid, dedi pro vno quadruplum.

Tertull. lib. 4. Et si cui, quod per calumniam eripui, quadruplum reddo. contra Marc. cap. 37.

D. Greg. Nyss. Et si quem circumueni per calumniam, reddo quadruplum.

EXPOSITIO V.

79. SANS autem Zachæus. Christus Dominus ingressus domum Zachæi, cepit docere, ac dare admirabilem doctrinam, qua Zachæum, ac multos domesticos eius ad fidem, penitentiam, paupertatem, ac mundi contemptum adduxit, ac conuertit, vt est communis vox interpretum. Aliter D. Chryostomus infra citandus q. 13. docet quod Christus tacebat à præsenti tamen eius tanquam à Sole illuminatus est Zachæus. Stans reuerentiæ causa, vt ait Carthuf.

Ambrosius. Per diuersas virtutes quoad nos idem meritum fundatur.

Chryost.

Carthuf.

Dixit ad Iesum. Suam conuersionem declarans, & murmur populi, quod ad peccatorem diuertisset, refutans, ac reprimens: Ecce Maldonat. dum ait, Ecce attentionem exigit; tanquam rem magnam, & admiratione dignam dicturus, sed quid dixit tanta attentione, ac admiratione dignum, do pauperibus, reddo quadruplum: si quid aliquem defraudauit. Certè valde admiratione dignum hominem de miseria pauperum diuitem esse misericordem, & ablata vltro restituere dominis suis.

Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Ponitur præsens pro futuro; sic Zachæus commotus est Christi doctrina, ac exhortatione, vt dicat: Dimidium do pauperibus. Hoc est, paratus sum dare, mox dabo. Alterum verò dimidium referuat non sibi, sed vt iniuste ablata restituat Dominis suis. D. Augustinus in Psal. 126. Propereca, ait, Zachæus sibi tenuit dimidium, non vt haberet, quod possideret, sed vt haberet unde debita redderet. Magna voluntas multum dedit, multum seminavit. Et subdit Zachæus: Si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Multa exemplaria habent, Si quid per calumniam eripui. Calumniæ hoc loco, vt obseruat Euthym. idem valet, ac si quid delationibus, fraude, ac mala arte acquisiui. Et cum ait, Reddo, hoc est, paratus sum reddere, mox reddam. Et si quid aliquem defraudauit. Rectè D. Chryost. Constat fraudes: ipse iudicat, ac condemnat. Sic Christi verbis commotus est, vt tanquam verè penitens scelera sua confiteatur, & inde sequitur, Salus hic domui facta est.

Reddo quadruplum. Bene aduertit D. Chryost. apud Caiet. Corderij, dicens: Notandum hic, ait, accuratè Zachæi diuitias non ex sola iniustitia collectas, sed ex paternis facultatibus. Si enim ex iniustitia tantum fuissent, quomodo pro iniuste acquisitis quadruplum reddere potuisset? Cur tamen Zachæus dicit: Reddo quadruplum? Theophyl. Euthym. Beda existimant, quia sic erat determinatum lege, Exod. 22. n. 1. Sed vt bene notauit P. Anton. de Escobar lib. 2. de Sanct. lib. 12. cap. 19. sect. 3. n. 9. Lex tantum citato loco Exodi loquitur de bobus, Zachæus autem non oves, aut boues, sed pecuniam furatus erat. Reddit ergo quadruplum, vt abundè satisfaceret pecuniam ablatam, iniuriam, ac damnum illatum. Theophyl. Quadruplum reddidit, ait, vt illius, cui iniuria facta, damnum reparatiatur. Ex quo patet ingens conuersio Zachæi.

QUESTIO XI.

Quare Zachæus cum stat coram Christo non dicitur pusillus, sicut supra de eo dictum est?

82. SUPRA dixit Euangelista, quod Zachæus querebat videre Iesum, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Modò verò cum Christum excipit in domo sua, de illo scribitur, Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus. Hic de eius pusilli statura nulla fit mentio; cur antea maturauit scriptor eius narrare pusillitatem, quam in præsertim prætermittit? Ratio prima, & literalis, ideo prætermittitur, quia iam narratum erat, ideo non erat repetendum. Morali ter Respondet secundò D. Ambrosius ad hunc locum: Quid sibi vult, ait, quod nullius alterius staturam,

Maldonat. Res magna quod diuis restituit.

80.

August.

Euthym.

Chryost. Ex confessione salus.

81.

Chryost.

Theophyl. Euthym. Beda. Exod. 22. Escobar.

Theophyl.

82.

83.

Ambros.

staturam Scriptura, nisi huius expressit? Quia statura pusillus erat. Vide ne fortè malitia pusillus, aut ad hoc pusillus fide. Nondum enim promiserat, cum ascenderet. Expnde vltima verba: Nondum promiserat. Cum coram Iesu describitur bona sua dans pauperibus, seu promittens dare. Dimidium bonorum do pauperibus. Et antequam promitteret pusillus dicitur, at verò cum habuit propositum erogandi pauperibus, emisitque mirabilem vocem do pauperibus, iam non pusillus referretur, sed vt maximus stans describitur.

Bonorum erogatio magna facit.

84. Chrysol.

Matth. 9. Iustus stans, peccator cadit. Chrysol.

85. Matth. 9.

Luc. 7. Ad edificationem templi non quiescendum, sed ministrandum.

Zac

Edificatio templi non quiescendum, sed ministrandum.

Rupertus.

87.

Psal. 86.

Secundò, D. Chrysológus ferm. 54. Audi, quid ingressus ad peccatorem fecerit Christus; stans, inquit Zachæus dixit: Vides quomodo erectus est, qui iacebat? Iacemus in vitis, & iacemus oppressi: stamus cum bonis operibus, erigamur ad profectum. Iacebat Zachæus in vitis, nam qui in peccatis est, iacet, vt ad illa verba Matth. 9. num. 9. Vidit hominem sedentem in telonio, notat D. Chrysológus ferm. 29. Sedebat vique, ait, quia stare non poterat, pondere cupiditatis oppressus: & ipsa totus conscientia fraudis incuruus. At Zachæus cum Christum excipit hospitio, eius præsentiæ fruatur, statim omnia feliciter eueniunt, à malis erigitur, animum à terrenis opibus exonerat, & vt maior, ac magnus coram Domino sistit, ac stat.

Tertio, Stabat Zachæus; non sedebat, vt Matthæus in conuiuium cum excipit Christum, Matth. 9. num. 10. Velut ille alter Phariseus, qui inuitauerat eum, Luc. 7. num. 36. Zachæus tamen stabat, hic præfigurabatur quadam dedicatio, ac consecratio domus, ac basilicæ Christo, & ideo Zachæus iam diuina gratia illustratus non poterat quiescere, ac federe. Illa enim domus etiam antea fuisset Zachæi, modò verò consecratur, ac reedificatur Christo, & ideo ad eius obsequium stat inseruiens, & ministrans.

Videt Zacharias cap. 2. num. 1. vnum Angelum statu, ac habitu tanquam archytedum: In manu eius funiculus mensurum. Quæritus verò à Propheta, quo abeat funiculo illo, respondet ille, Vt metiatur Ierusalem, ibidem num. 2. vt in ea templum erigatur, ac construat. Deinde addit Propheta, quod viderit vnum Angelum egredientem, & alterum in occursum eius. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, num. 3. Cur sic Angeli ad opus se accingunt, cur tanto studio certatim currunt, & volitant? Agebatur de templo edificando in vrbe, & cum cognoscant Angeli esse opus maximè gratum Deo vrbem templo condito adornare, ideo tanto studio ardentem se præstant ad opus. Rupertus lib. 7. de Victoria Verb. cap. 19. In edificatione, ait, terrena ciuitatis, & templi, iam opifices volunt videri, seque certatim ingerunt Angeli. Et notandum, quod ad hoc opus non se exhibent facie hominis, Leonis, bouis, vel aquilæ, vt apud Ezechielem 1. Sed in propria forma Angelorum apparent, tam illustre, ac magnum est templum Deo edificate, ac erigere, vt potius videatur opus Angelorum, quam hominum, inde ad illud; Se certatim ingerunt Angeli.

Multa valdè gloriosa decantat Dauid de ciuitate Dei: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et postea subdit: Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Ethiopum, hi fuerunt illi, Psal. 86. num. 4. Quid gloriosius dici potuit de ciuitate Dei, quam quod in ea maximè crescant illi, qui in templo edificando operam præstant, vt fuerunt Tyri Sylueira in Euang. Tom. IV.

cedentes ligna, ac mittentes ad templi fabricam, ex quo magnam gloriam fuerint assequuti, vt in Ecclesiam Dei ingressi, renati diuina gratia, spem habuerint cælestis patriæ? D. Bruno de laudibus Ecclesie, cap. 6. Gloriosa sunt hec, ait, que & iustus, & peccatoribus magnam spem dare possunt, & immensam ferre latitudinem; vis in Ecclesia suscipi? Tyros imitare, quorum opere, & auxilio templum edificatum est. Per opus edificationis templi paratur Tyris ingressus in Ecclesiam Dei, ac fidelium cœtum.

Templorum edificatio dat ingressum ad Ecclesiam. Bruno.

QUESTIO XII.

Quare Zachæus ait: Do, & reddo, cum potius videbatur dicendum: Dabo, reddam?

QUESTIO est, quomodo Zachæus ait: Dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Zachæus ex arbore festinans descendit, & excepit Christum hospitio. Numquid antequam exciperet hospitio, illas largiebatur eleemosynas, & quadruplum pro debitis soluebat? Sic videtur affirmare D. Cyprianus lib. 2. Epistol. 3. & lib. de opere, & eleem. vt refertur à Maldonato, sed S. Pater in alio sensu videtur loqui, & si res ita foret, vt hæc sententia affirmat, non dixisset Christus, Hodie huic domus salus facta est.

88.

Cyprian. Maldon.

Secunda & vera sententia est D. Augustini. in Psal. 126. D. Irenæi lib. 4. cap. 26. Tertullian. lib. 4. contra Marcion, D. Chrysolom. homil. de Zachæo, tom. 2. D. Fulgent. Epist. ad Gallam, & hic D. Ambros. Beda, Theophylact. D. Bonau. communiter sequuntur Commentatores Iansen. Caietan. Salmeiron, Maldonat. Barrad. & alij, quod ponitur præsens pro futuro, vt dixi in expositione, ac proinde idem est, do, reddo, ac mox dabo, & reddam, cum enim indilate, & sine mora destinaret dare, ac reddere, ideo de præsentia, ait Do, & reddo. Ex quo pulchrè ait Theophyl. Dimidium bonorum meorum, inquit, do pauperibus, vides alacritatem? Cum enim Zachæus esset ex promptus, ac alacris ad dandum pauperibus, & reddendum creditoribus verè ait, do, & reddo, quia efficax, ac alacere votum, ac desiderium ad dandum, meritum donationis anteuertit, & impetrat erga Deum.

89.

August. Irenæus. Tertull. Chrysol. Fulgent. Ambros. Beda. Theophyl. Bonauent. Iansen. Caietan. Salmeiron. Maldon. Barrad.

Secundò, D. Chrysolomus homil. de Zachæo citatus in Catena: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum, audi mirabile, nondum didicit, & obedit. Ingressus Christus domum Zachæi, nec quidquam Dominus locutus fuerat, vnde iste habuit tantam Philosophiam, vt statuat dare dimidium, & reddere quadruplum. Nondum didicit, & obedit. Ecce ingens effectus gratiæ; priusquam misericordiam in pauperes, ac iustitiam in creditores didicerit, eas opere implet, & exequitur: nondum Christianæ benignitatis discipulus erat, & iam opere Magister euadit: nondum consilia Euangelica audierat de largiendi pauperibus, nec præceptum restituendi creditoribus, & tamen his anteuertit, & omnia opere implet.

90.

Chrysol.

Fatua vanitate venit Goliath in singulare certamen, cui obuius factus Dauid, dixit ei: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo:

91.

1. Reg. 17.

ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum, Israël, quibus exprobrasti hodie. Et subdit: Dabit te Dominus in manu mea, & percussiam te, & auferam caput tuum à te, &c. Et sciat omnis terra, quia est Deus in Israël, 1. Reg. 17. num. 46. Quid dicit Daud? Adhuc praelium non est commissum, & tu iam canis victoriam, Deumque victorem prædicas, illique das gloriam? Vt sciat omnis Ecclesia, quia est Deus in Israël. Eleganter D. Basilius Seleuc. oratione 15. Gratus seruus, qui vel ante operam, operæ fructum offert Deo. Ecce ingens fructus gratiæ, quod ante acceptum donum, doni accepti Deo gratiam refert, parum erat ingenti animo Daud, quod post adeptam victoriam Deum glorificaret, hoc enim est debitum persolvere, ut tenebatur, at solutionem debito anteuertere, ut prius inueniatur gratus, quam gratitudini obnoxius, hoc valde magnum, & mirabile est. Gratus seruus, qui vel ante operam, operæ fructum offert Deo.

Basil. Sel. Daud primus gratus, quam gratitudinis obnoxius.

QVÆSTIO XIII.

Quare Zachæus dat dimidium suarum rerum pauperibus, & prius de hoc agit, quam de restituendis, quæ defraudauerat?

92. Ingens conuersio Zachæi.

IN limine huius quæstionis notanda est ingens conuersio Zachæi, qua dimidium suarum rerum elargitur pauperibus, & alterum dimidium restitutioni addixit; subitò Euangelicæ paupertatis consilium est amplexatus, relicta enim omnibus Christi pauper effectus, vel mendicatio, vel labore manuum sibi parat. Ad quætionem

93. Chrysost.

Primò responderet D. Chrysostom. apud Corde- rium in Lucam, Vide miraculum, nondum edoctus est, & obedit; nondum didicit, & custodiuit, nihil adhuc dixerat Saluator, nec quidquam de eleemo- syna præceperat, sed silebat, & quiete illuminabat. Et sicut Sol per radios insusus in domum non illustrat verbo, sed opere: ita Saluator radijs inuitiæ fugat nequitiæ caliginem, nam lux in tenebris lucet, quapropter Zachæus dixit: Dimidium bonorum meorum, &c. Quamuis Christus taceret, & nihil diceret, tamen veluti sol radijs suæ præsentia Zachæum illuminat, ut vniuersa sua bona in pauperes, ac debitores expendat.

94. Chrysol.

Secundò. D. Chrysol. serm. 54. Qui Christum videre querit, cælum vnde Christus est, non terram, de qua aurum est, intuetur. Dives ergo, qui sursum respicit, non portat diuitias, sed proculcat: non incuruat diuitijs, sed leuatur. Christus Dominus ut ait citatus Chrysollogus, Zachæum respexit ad gratiam. Ex quo Zachæus sursum oculos leuauit in cælum, & Christum respexit, inde factum est, ut omnia mundalia despiceret, ac paruipenderet, qui enim verè Christum contemplatur, totus mundus ei vilescit, omniaque illius ei contemptibilia apparent. Dives ergo, qui sursum respicit, non portat diuitias, sed proculcat.

95. Bostrenf.

Tertid. Titus Bostrensis: Vt primum, ait, Zachæum Christum Dominum citra gaudium in domum suam excepit, statim effectus est misericors, statim studiosus pauperum, & eo mox iustitiæ amore inarsit, ut in quadruplum ea se resarsurum sponderet.

Vnde factum est, ut ille, qui omnes spoliabat; tam largiter bona sua det pauperibus, tam largitèrque ablata in quadruplum restituat. Cum Zachæus Christum excepit in domo sua, cepit illius esse discipulus, ad Christumque pertinere, illiusque vestigia sequi, inde factum ut omnibus suis velle diceret, hominibusque esset valde salutatis, ac proficius; qui enim vestigia Christi tenet, omnia renuntiat, cunctisque est in commodum, ac salutem.

Qui Christi sit discipulus, mundalia spernit.

Quartò. D. Chrysostom. homil. de Zachæo: Accepit, ait, domus Zachæi salutem ex fide, quam perdidit aliquando ex fraude. Misericordia reddidit, quod rapina abstulerat: conferunt dona, quod fraudes ademerant. Dona enim pauperum lucra sunt animarum: ut probabile cunctis existeret, malis quæstibus damna in misericordia operibus bona maxima aggregare. Zachæus videtur in suis verbis totum ordinem inuertere, prius enim dicendum erat, reddo creditoribus, deinde do pauperibus, siquidem prius, & grauius vrget obligatio, quam largitas ex pietate; sufficiens erat, ut restitutis fraude ablati, quæ supererant, in eleemosynas expenderent. Cur opus consilij anteponit præcepto? Conferunt dona, quod fraudes ademerant. Prius dat dimidium pauperibus ut liberalior, ac largior fieret restitutio, pio scœnore sperabat ex eleemosynis diuitias in multum crescere, ut ergo valeat non simplum, sed quadruplum restituere, prius dimidium bonorum statuit in pauperes expendere, ut inde opes multiplicentur in quadruplum, ut creditoribus restituat. Misericordia reddidit, quod rapina abstulerat, conferunt dona, quod fraudes ademerant.

96. Chryst.

Ex eleemosyna opes multiplicatur.

Quintò. D. Chrysostom. homil. 84. in Matth. ponderans ornatum domus, qua Zachæus Christum excepit hospitio, sic ait: Non curriculo ad vicinas contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea, nec extraxit loculis Laconica quadam mensarum velamina, sed ornatu Christo gratissimo decorauit. Quod porro istud? Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Sicque nos domos nostras exornemus, ut Christum suscipere mereamur. Non pretiosa suppellectili, non texturis, tapetibus, ac telis domum adornauit; sed eleemosynis pauperum; sciebat enim iam diuina gratia illustrante talem ornatum gratissimum esse Domino, & inde ab eo meruit audire, Hodie huic domui à Deo salus facta est.

97. Chryst.

Eleem. pauperum sistitur natus.

Cum Christus Dominus triumphali, & regia pompa, ac maiestate ingrederetur Ierosolymam, multi ex turba cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via, Matth. 21. n. 8. Qui rami erant oliuarum, ut notant communiter interpretes, siquidem mons Oliueti, de quo ibi est sermo, oliuius constitus erat, & cur huiusmodi ramis viæ adornantur Christo? D. Drogo de Dominicæ Passionis Sacramento: Egredere, ait, cum pueris Hebrais, qui transeunt simpliciter in occisum Domini, sterne in via ramos oliuarum, ut opera misericordiae, pedibus eius accommodes. Rami oliuæ, quæ est misericordiae, ac pietatis symbolum sternuntur in via pedibus Christi, nullus enim ornatu gratior, ac aptior Christo, quam pietas, ac misericordia in fratres, ac proximos, opera misericordiae pedibus eius accommodes. Vide multa verbo Eleemosyna, in Indice.

98. Marth. 21.

Drogo.

Misericordia sternitur via Christo.

LUC. 19. n. 9. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta

QVÆSTIO XIV.

Quare ait Christus, quod salus domui Zachæi facta est?

MPLIFICAT Dominus beneficium, & ait, quod non solum vni Zachæo salus facta est, sed etiam vniuersæ eius familia; non enim vni, sed pluribus sua dona communicat. Hæc sui exemplum sequentes, conuerso Zachæo diuina gratia operante, conuersi fuerunt domestici eius, ac tota illius familia; sic dicitur: Creditus Regulus, & tota domus eius, Ioan. 4. num. 53. Sic cum exirent mirabiliter de carcere Paulus, & Silas: Ipse custos carceris baptizatus est, & domus eius, Actor. 16. n. 33. Sic & Crispus Archifsynagogus credidit Domino cum omni domo sua, Actor. 18. n. 8.

101. Deus pluribus communicat bona sua.

Ioan. 4.

Actor. 16. Actor. 18.

Respondeo primò ad quætionem. Facta est salus. Ob nimiam contritionem, emendationem, ac eleemosynas Zachæi, quibus Diuini Spiritus influxu ipse putificatus est. D. Laurent. Nouar. homil. de Pœnitent. Sufficit tibi; ait, exemplum publicani istius, qui miserabilem actus transacti temporis per eleemosynam, quasi per flumen indulgentiam traxit, seque auaritiæ laqueo per erogationem eripuit. Exiuit à via, ac tramite vitiorum per eleemosynas, quæ tantæ salutis fuerunt causæ dispositiua.

102. Eleemosyna liberatur à vitijs. Laurent.

Secundò. D. Ambros. lib. 1. de Abel, cap. 8. Festinauit Dominus, ait, ad beneficium, & ideo non expellauit, ut promitteret, & impleteret omnia, sed antea fecit, postea declarauit; dixit enim facta est salus: quod præuenienti seruit, non promittenti. Non dixit Dominus, faciendâ est salus, sed facta est, à promissione ablinet, & opus misericordiae impensum dicit, prius factis declarat, quàm verbis, prius ostendit opus, quàm sermone manifestet: non promittit, faciam, sed factum exhibet. Vide supra cap. 35. n. 63.

102. Ambros. Ingens beneficium declaratur, non promissione, sed opere.

Tertid. Cum ingreditur Christus domum Zachæi, tota ipsa domus videtur ei dedicata, & consecrata, & inde tantum sibi Deum placauit, ac reconciliauit, ut multam benignitatem, ac misericordiam ei impenderet, ac concederet. Extremam vastitatem, ac desolationem minatur Christus Dominus Ierusalem: Ierusalem, Ierusalem, que occidis Prophetas; & concludens adiecit: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, Matth. 23. n. 38. & statim subsequitur: Accesserunt discipuli eius, ostendentes ei adificationes templi, cap. 24. num. 1. Ad quid post tam graues minas discipuli deducunt, ut videat expolitos lapides, artificum opera, maiestatem, ac amplitudinem operis? Nunquid ad maiorem mœstiriam, ac dolorem ingendum? Minime, sed ut aspectu tantæ templi maiestatis, ac ædificij Deo consecrati Magistrum discipuli placarent, ac ad pietatem flecterent. Caietan. Quia audierant discipuli, ait, ecce relinquetur domus vestra deserta.

103.

Matth. 23.

Matth. 24. Templo dedicato maxime placatur diuina ira.

Caietan.

QVÆSTIO XV.

Quare Zachæus dicitur Abraham filius?

IVVS Basilius citatus in Catena Græca existimat, quod Zachæus Canaanus erat, QQ9 4 ac

facta est: eo quod & ipse filius sit Abraham. Num. 10. Venit enim Filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat.

VERSIONES.

- Arabicus. Hodie conuenit salus habitatoribus huius domus.
- Syriacus. Facta est salus huic domui: eo quod iste quoque est filius Abraham.
- Vatabl. Theophyl. Salus domui huic obtigit, eo quod, & ipsa filia sit Abraham.
- Vatabl. n. 10. Venit enim filius hominis quaesitum, & seruatum, quod perierat.

EXPOSITIO VI.

AIT Iesus ad eum. Ad verba nempe eius respondens, nam ad ipsum Zachæum, & ad discipulos, ac populum circumstantem loquitur Dominus, quia hodie, hac nempe die, qua ego ingressus sum in hanc domum; Salus domui huic facta est. Illius nempe conuersio, ac iustificatio; & cum ait Christus Dominus, Hodie salus facta est. Significat domum antea fuisse plenam vitijs, & rapina. Euthym. Salus facta est, eiecta perditiõne, qua in ea morabatur, propter auaritiã, & iniustitiã. Per domum Theophylactus, Maldonatus solum Zachæum interpretantur, nam salutis factæ ratio innuitur, Eo quod filius sit Abraham. Tamen Euthymius, D. Bonavent. Carthusian. Hugo, Caietan. & communiter Recentiores per domum, totam familiam, ac domum Zachæi, prout sonat litera, intelligunt; nam salus à capite in totum corpus extenditur, & facta sanitate in capite, omnia membra componuntur, & sunt sana, superioris sanctitas in totam familiam transfunditur. Eo quod ipse filius sit Abraham. Græca exemplaria habent in fœmineo genere, ac si ipsa dictio referatur ad totam familiam. Tamen nostra lectio sequenda est, eo quod ipse, scilicet Zachæus filius sit Abraham, non solum genere, sed etiam fide, ac probitate, cuius exemplum tota eius familia est imitata.

99.

Euthym. Theophyl. Maldon. Euthym. Bonavent. Carthus. Hugo. Caietan.

100.

Christus prius occurrit nostre salutis, quam suæ opinioni.

98.

Marth. 21.

Drogo.

Misericordia sternitur via Christo.